

*in V. ad Rom: Tapper. in artic: de peccat: origin: Bellarm. l. 1. c. 1. & l. 6.
c. 6. de amiss. gracie. Photin: Ostorod. in instit. c. 33. Socin. in p[re]lect. c. 4.
p. 10. eund: de Servatore c. 8. p. 3.*

XXIII. *Sicuti autem verbum γεγενημένον, in naturali genera-
tione, rei quæ nasci debet, omnisque facultatis, totalem absentiam
dicit; sic etiam in spirituali generatione nobis cum Nicodemo non
tantum facultatis executionem, verum ipsam facultatem ad spi-
ritualem conversionem etiam remotam abscondit, Ephes. 11, 5. Roman.
VIII, 7. Contra Pontif: Bellarm. l. 6. de lib. arbitr. cap. 11. 12, 15. Cofer: in
Enchirid: p. 211. Photin: Schmal. contra Frantz. disp. 8. Item contra Smig-
glec: in novis monstris cap. 2. Moscor: apud Smigglec. de Baptismo. Licet
autem vox πνεύμα h[ic] absolute absque mentione aquæ ponatur, non
tamen inde sequitur, aquam in priori versu per Spiritum explicari
debere, cum illud vocabulum semel posuisse sufficiat, hocque Script:
S. usitatum sit. Confer Luc. VIII, 51. cum Matb. IX, 23. 25. Contra Ca-
tech: Racov. p. 231. Socin. de baptis: c. 4. p. 48. Moscor. refutat: i. de baptis.
cap. 49.*

XXIV. *Ex oppositione σπριθός & πνευματοῦ judicare licet de
voce πνευματοῦ in posteriore membro, per quam totum spiritua-
lem hominem intelligimus, I. Cor. II, 15. II. Cor. V, 6. Ephes. IV, 24. non
quod homo renatus quoad renovationem perfectè & absolute sit
spiritualis, nullas malas inclinationes sentiat, sed quod illis per Spi-
ritum S. resistat, Gal. V, 17. Rom. VII, 15. seq. Contra Pontif: Concil: Tri-
dent. sess. V. art. V. Bellarm. lib. I. de Baptis. c. 12. 13. Cofer. in Enchir: de
peccato origin. Photin: Socin. defens. disp. de loco VII. ad Rom. Smalc.
cont. Frantz.*

v. 7. *Ostensâ sic mediî initiatorii tām necessitate, quām utili-
tate, jam CHRISTUS impossibilitati à Nicodemo prætentio occurrit,
unde h[ic] ad subsequentia magis quām ad præcedentia verba cum
Cyrillo, Chrysost: & T. eophyl: referimus. Non verò per θευμάτων hu-
jus divini operis sublimitatem & dignitatem elevare, sed admiratio-
nem, fidem de regeneratione nostra propter rationis judicium im-
pedientem, sublatum ire vult. Beza teste in h. l. 4. codices græci lege-
runt ήμας, ac si CHRISTUS seipsum includeret, sed rectius υμας, quia
CHRISTUS ex carnali generatione minimè natus, regeneratione non
indigebat, Luc. 1, 35. Hebr. IV, 17. cap. VII, 26. Contra Durand. in 3. dist.
12. q. 1. Gabrielem.*

XXVI